

## Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2005

Section: *Toutes*

Branche: *Latin*

Nom et prénom du candidat

\_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_

### Texte connu (30 points)

Messalam tui studiosum esse arbitror; Pompeium etiam simulatorem puto. Sed haec utinam ne experiare! Quod precarer deos, nisi meas preces audire desissent. Verum tamen precor ut his infinitis nostris malis contenti sint; in quibus non modo tamen nullius inest peccati infamia, sed omnis dolor est quod optime factis poena maxima est constituta. Filiam meam et tuam Ciceronemque nostrum quid ego, mi frater, tibi commendem? Quin illud maereo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas afferet quam mihi; sed te incolumi orbi non erunt. Reliqua, ita mihi salus aliqua detur potestasque in patria moriendi, ut me lacrimae non sinunt scribere! Etiam Terentiam velim tuare mihi que de omnibus rebus rescribas. Sis fortis, quoad rei natura patiatur.

(Cicero, *Ad Q. fr.*, I,3)  
(114 mots)

### Texte inconnu (30 points)

#### **Les esclaves sont des gens comme toi et moi**

Vis tu cogitare istum, quem servum tuum vocas, ex isdem seminibus (1) ortum (2), eodem frui caelo, aequae spirare, aequae vivere, aequae mori? Tam tu illum videre ingenuum (3) potes quam ille te servum. Variana clade (4) multos splendidissime natos, senatorium per militiam (5) auspicantes (6) gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc ejus fortunae hominem, in quam transire, dum contemnis, potes! Nolo in ingentem me locum (7) immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa est: sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere.

(Seneca, *Ad Luc.*, 47)  
(112 mots)

#### Vocabulaire

(1) semen, inis, m.

*semence, graine, ici (pl.): origine, souche*

(2) ortum (*esse*)

*né libre*

(3) ingenuus, a, um

(4) Variana clade

Varus, en 9 après J.-C., fut surpris avec trois légions en Germanie par les troupes d'Arminius; beaucoup furent massacrés, les autres vendus comme esclaves

(5) militia, ae, f.

*service militaire*; Auguste avait décrété que l'on pourrait accéder à l'ordre sénatorial en obtenant le grade de tribun militaire

(6) auspicor, atus sum, ari, tr.

ici: *accéder à*

(7) in ingentem ... locum

*dans un vaste sujet*